

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

APPENDIX
AD
HISTORIAM SIMSONIANAM,
UBI
DE MAXILLA ASINI,
QUA
PERCUSSI SUNT MILLE PHILISTÆI,
QUÆ
RESTANT,
DUBIA VENTILANTUR.

AD

REVERENDI MINISTERII LUBECENSIS

SENIOREM

DN. M. BERNHARDUM KRECHTINGIUM,

Hujus à puero Philologiæ ad extremam usq; ætatem ſedulum pariter atq; gnarum maximè Cultorem.

LUBECÆ,
Impenſis JOHANNIS VVIEDEMETERI,
An. 1699.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

CAP. I.

Cur tantam juſtiſſimus judex in igne ac aqua Diabolo ejusdemve miniſtris permiſerit Baaliticis potentiam.

QUoniam verò perquã neceſſaria alia ad hiſtoriam tum Eliæ tum Samſonis plenè intelligendã documenta, ſeu myſteria reſtant, nec huic qualicunq; operæ meum ſubtrahere fas eſt ſtudium, de quo Eucherius ad arcum à DEO Noachi poſteris in nubibus propoſitum ſcitè obſervavit: *Signum in igne & aqua oſtenditur. Quia arcus ex parte cæruleus eſt, & ex parte rubicundus; utriusq; enim judicii teſtis eſt: unius videlicet per aquam facti, & alterius per ignem faciendi.* Omnem movit lapidem impoſtor Stygius hanc gloriam DEI ad ſe derivandi, teſte Franciſco Valeſio *philoſophiæ ſacræ* cap. 30. *Quoniam DEUS in ſuæ providentiæ & gubernationis argumento facit aliquando portenta, illi ſuperbiſſimi DEI, quoad poſſunt, æmuli, nonnunquam in aëre tumultus cient, voces emittunt, aut phantaſmata fingunt.* Idem Academiarum libro 3. proponit Jacobus Middendorpius. *Cum paternæ*

pietatis obliti (ipſi poſteri Nohæ) *hoſti ſuo diabolo ſeſe gubernandos tradidiſſent, is verum cultum ſoli DEO debitum in ſe transferre conatus eſt. Et quod Domino Deo gratiſſimum, hominibusq; ſalutare atque neceſſarium eſſe videbat, id in totum abolere, vel ſaltem profanare & in graviſſimam abuſionem pervertere ſtudebat. Maligni enim ſpiritus, teſte Firmiano Lactantio, quia divinitatem fruſtra affectatam aliter conſequi non poterant, falsò ab hominibus Dii haberi & coli deſiderabant. Idcirco variis fraudibus ſunt uſi.* Denn ſie ſind noch nicht in die Hölle und Verdamnüß geſtoſſen / ſondern allein mit Ketten darzu gebunden / daß ſie hinein ſollen: Das iſt / ſie haben ihr Urtheil ſchon beſchloſſen / darum toben ſie auch alſo wider uns. (a)

Hinc maximè mihi fit veroſimile nunquam Salomonem eò dementiæ fuiſſe prolapſum, ut ædes ſive fana exſtruenda curaſſet Molocho Ammonitarum Deaſtro, niſi ſuismet oculis vidiſſet, pueros ipſi ab impiis parentibus objectos igne deſuper immiſſo fuiſſe abſumptos, atque ideò gratum cœlo iſtud abominabile ſacrificium apud animum ſuum ſtatuiſſet, quem ignem veluti ſacrum æneo poſt idolo aluerunt miniſtri Baalitici, quia ſemper, quæ eſt DEI in parvulos cura atque benevolentia, haut ita proceſſit dæmonis protervia. Das treibt der Teuffel immerdar von Anfang der Welt / daß er wil Gottes

(a) Luth. *Tom.* 5, fol. 542, a.

tes Affe ſeyn/ und ihm nachthun was er von ihm ſiehet/ (b) Tertullianus, vetus & gravis ſcriptor, in libro *de Præſcriptionibus hæreticorum* pulcherrimè itidem demonſtrat iſtud. *Diabolus, cujus ſunt partes invertendi veritatem, ipſas quoq; res divinorum Sacramentorum in idolorum myſteriis æmulatur. Tingit & ipſe quosdam utiq; credentes & fideles ſuos, expiationem de lavacro repromittit, etſi adhuc meminit mythræ, ſignat illic in fronte milites ſuos, celebrat & panis oblationem, & imaginem reſurrectionis inducit & ſub gladio redimit coronam.* Quanto igitur magis Samuelis, Davidis ac Eliæ zelus eſt laudandus in extirpandis illis Diaboli mancipiis, tantò magis deteſtanda eſt Salomonis horribilis defectio, quam tot tamen Theologi adhuc videntur aut non perſpicere aut etiam aliquo modo excuſare, dum idololatrico iſti Regi & ſalutem fruſtra affingunt, atque de illius adhuc dubitant exitio.

Iſtud vero uti eruditis notum eſt, ſic altius eſt à nobis quoque perpendendum, quemadmodum ulterius pergit Middendorpius: *Omnibus Sacrificiis præſentes ſe occultabant* (dæmones) *in templis & prodigia frequenter edebant, quibus obſtupefacti homines fidem commodarent divinitatis & numinis. Marcus Cicero itaq;* & in noſtro *inquit* populo & in cæteris Deorum cultus, religionumque

(a) *Tom.* 4. fol. 220. b.

ſanctitates exiſtunt indies majores, quod præſentiam ſæpè Divi ſuam declarent. Er iſt ein hoffärtiger Geiſt / und wil nur die Hertzen und Gewiſſen inne haben / daß man ſeine Lügen gläube / und ihn für GOtt anbete; Wo er ſolches nicht findet / da bleibt er nicht lange. (a) Et iſtud hodieque valet de hypocritis, quibus aurea poteſt pati ut conficiantur templa, & regalis ſupellex, modò interim ipſi omnes obveniant animæ. *Hæc eò fuſius & altius repetere placuit*, ita pergo cum Middendorpio, *ut rudiores intelligant, quibus fraudibus quave perfidia impietas & ſuperſtitio in orbem terrarum* (imò in ipſam DEI eccleſiam) *irrepſerit, & quam Diabolus obſideat, quamq; in omne flagitiorum genus facilè præcipitare poſſit eos, qui ſemel à veritate & orthodoxa fide abducti ipſius tyrannidi colla ſubmiſerunt. Et amplius mirari deſinant, quomodo fieri poſſit, ut hominis figuram gerentes contra veram religionem, contra jus & omnem rationem, contra legitimum magiſtratum contraq; DEUM ipſum repugnare in animum inducant ſuum. Quia enim illi majorum ſuorum veriſſimam doctrinam & legem DEI, & teſtimonia illa, quæ ſemper ipſis reliquit DEUS, negligebant, Diabolo & improbæ Chami poſteritati obtemperabant, ut opera magis ipſa, quam DEUM creatorem intuerentur, dimiſit illos DEUS ingredi vias ſuas & meritò tradidit eos in reprobum ſenſum. Ut inquam omnes boni*

(a) Luth. *Tom.* 7. fol. 77. b.

bonis horum exemplo discerent, quam periculosum sit à verâ religione & sincero DEI cultu, qui in sola Christi ecclesia reperitur catholica, recedere, id quod superiorum temporum historia apertè confirmat, & S. Pauli vaticinium prædixerat 1. Tim. 3. v. 1. religionem permistum iri doctrinis dæmoniorum.

Haut igitur adeò miramur, cur olim DEUS tam apertè ac hodiedum istud occultè permittat in ecclesiâ, quia è torpore intendit nos excitare solo plerumq; externo cultu fretos omnive internâ devotione vacuos. Ist doch der Teuffel zu Adam und Evam in das Paradieß kommen / er ist zu andern Kindern Gottes kommen / ja zu Christo selbst. (a) Scribit Lactantius, Trismagistum affirmasse, Dæmones" esse inimicos & vexatores hominum, eosq;" propterea ἀγγέλους πονηρούς appellasse. Et" ipse Dominus ac Salvator noster JESUS" Christus, Diabolum aliquoties πονηρὸν no-" minat, quod sit auctor, fabricator & machi-" nator omnis mali. Atque idcircò suos jubet" esse prudentes & cauta solicitudine vigilare" indesinenter & orare, ne adversarius ille" πονηρὸς semper vigilans, semper insidias" tendens, ipsos dormientes & stertentes op-" primat, occîdat, perdat. Non enim hic" ipse πονηρὸς quærit gentiles, ut Augustini" verbis utar, nõ Judæos, aut malæ vitæ quos-" vis homines, sed DEI filios, & Christi ser-"

(a) Luth. *Tom.* 5. fol. 342. a.

„vos. Hos ſi offendit imparatos nec vigilan-
„tes aut orantes, circumvenit neſcios, tollit
„incautos, decipit imperitos. Eſt autem
„hæc Satanæ inimicitia, malitia & tyrannis
„in ſanctos & electos, ſangvine filii DEI ex
„ipſius regno liberatos & redemptos, ſcriptu-
„ra teſte, eò major, atrocior ac crudelior, quo
„propius adeſt magnus ille dies venturi ju-
„dicis DEI & Mariæ filii, quo omninò ipſi-
„us regnum, potentia, principatus, domi-
„nationes ac ſpirituales aſtutiæ, abolebun-
„tur ipſo præcipitato & conjecto juxta vati-
„cinium Apocalypticum in ſtagnum ignis &
„ſulphuris. Quo enim callidus iſte & aſtu-
„tus hoſtis minus temporis ſibi reliqvum
„eſſe videt ad eripiendum filio DEI & tra-
„hendum ſecum in æternum exitium quam
„plurimos, eo ferventiori ſtudio, conten-
„tione, atque rabie id efficere molitur. (a)
Et certè noſtrum periculum eo jam eſt dete-
rius, quo tectius per hypocritas imò ipſos
tepidos eccleſiaſtas nos impellit ac ſeducit
dæmon, quam olim apud Baalitas iſtud pere-
git falſis ad ſacrificia illorum prodigiis.

Enimvero eadem quæ Baalitis cura unica fuit, hodieque eſt hypocritarum in eccleſia, notante Apoſtolo ad Philippenſes capite 3. v. 19. *quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum.* Hinc dum à ſole atq; aqua fructu terræ progignuntur,

(a) Andreas Muſculus præfat. *precationum ſuarum.*

tur, in hiſce duobus elementis maximè ſuam Dæmon exeruit fallaciam, *igne* nimirum & *nube* undarum ferace. Ohne Waſſer kan nichts auf Erden wachſen noch leben/ daher auch alle Städte und Dörffer müſſen am Waſſer liegen / oder zum wenigſten Waſſer haben; (a) Der Regen iſt gülden / und iſt mit keinem Golde zu bezahlen/ noch iſt vor ſolches alles die Welt undanckbar. (b) Hìc igitur ſæpe dæmones pluviam ex aere ſpargentes ſibi arrogarunt illud ſupremum orbis regimen & quia ſolis curſum moderari non potuerunt, igne loco ſolis ſuccenderunt oblata ſibi ſacrificia, ac ſi ab ipſo alerentur atque conſervarentur mortales, cui malitiæ caſtigandæ Elias claves quodammodo nubium à DEO accepit, uti loquitur Jacobus cap. 5. v. 17. pro gloria ſolius DEI demonſtranda *orans, ut non plueret ſuper terram & non pluit annos tres & menſes ſex.* Eundem in modum compeſcuit atque penitus exturbavit è vivis diabolicos Baalitas omni illis ignes excitandi potentia ablata, uti in hiſtoria videre eſt dicti Prophetæ, ut populus unicum veneraretur creatorem rerum omnium, quo & collineat Lutherus *Tom. 1. Isleb.* fol. 352. Wo GOtt nicht ſegnete / ſo wüchſe nicht ein Haar/ noch ein einiger Strohalm / ſondern es wäre mit allen Dingen aus. Nihilominus à creatore ad creaturã imò ad ſuum ſervitium præcipites

(a) Luth. *Tom.* 6. f. 50. a. (b) *Tom.* 2. *Isleb.* f. 111.

duxit homines cunctis naturæ commoditatibus ſuum nomen ac perſonam immiſcens: ſicut Ægyptii animalia, in oris, quibus nulla immittitur pluvia, lac ſuggerentia, velut ſuum venerati ſunt cœlum, quod longè alio ſenſu Lutherus de vaccis elocutus eſt: **Die Kühe ſind lauter Wolcken** / Tom. 2. Isleb. f. 111. Sic ſuam ſuſtentationem aquæ ac igni adſcribentes itidem Baalitæ utrumq; religiosè adorârunt elementum, & in utroq; ſimul venerati ſunt eorundem rectorem dæmonem, ut non modò Conſtantinus, verum etiam Theodoſius iſtum idololatricum aquæ cultum, Johanne Læto teſte, ſeverè interdixerit paganis. (a)

Apertum hinc fit, quare tantam poteſtatem dæmonibus permiſerit Dominus. Ut de occultis DEI judiciis nihil dicamus, certè ipſe quandoque Diabolus ſuis præſtigiis atque oſtentis lucem magis, quam tenebras offudit deiſtis. Enimvero Chananæam, cujus filiam miſerè afflictabat, ad Salvatorem ut confugeret, coëgit præter voluntatem ſuam: nec non tot energumeni paſſim leguntur in Evangeliis eo tempore, quòd exiſtentes malos genios negabant Sadducæi. Et novi ego multos ab omni pudore atque reverentiâ derelictos, qui in ædibus deſertis ſæpius provocarunt ad lemures atq; ſpectra nunquam ſiniſtro ſuo potiti voto, id quod & Neroni olim

(a) *Compend. hiſt.* pag 139. & 166.

lim uſu venit apud Plinium *natur. hiſt.* l. 30. c. 2. *Imperare Diis concupivit nec quicquam generoſius voluit. Nemo unquam ulli artium validius favit. Ad hæc non opes ei defuére, non vires, non diſcendi ingenium, aliaq; non patiente mundo. Immenſum & indubitatum exemplum eſt falſæ artis, quam dereliquit artem Nero.* Et poſt aliqua: *Tyridatem magicis cœnis initiaverat, non tamen cum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit. Proinde ita perſvaſum ſit, inteſtabilem, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quasdam veritatis umbras, ſed in his veneficas artes pollere, non magicas.* Utrorum ergo conditio pejor, Pliniine atque omnium illorum atheorum, qui Diabolorum prorſus inficiantur dominium, imò nec eſſe in rerum naturâ confidentisſimè credunt, an dictos Baalitas, qui Diabolorum poteſtatem conſpicati Summi Numinis, ut protegeret ſe ab illius inſidiis, eò citius implorare potuerunt auxilium? Accedebat vita Prophetarum frugalisſima tunc & ſanctisſima, aulis atque luxuriæ magnatum planè oppoſita, in quorum ſcholis innumeri ad veram traducebantur è tenebris illis atq; ad divinam lucem Iſraëlitæ. Ob der Teuffel gleich großmächtig / ſo iſt er doch nicht allmächtig / (a) juxta canonem Logicorum: *contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt*, ut è factis Eliæ jam vidimus ac Simſonis, & ulterius adhuc conſpiciemus.

CAP.

(a) Luth. *Tom.* 2. fol. 289.

CAP. II.

Quare antequam fons prorupit è mandibulâ aſini, mille eâdem percuſſi ſint Philiſtæi.

UNde ergò orta fuerit flagitioſa ignis veneratio, quã adhuc acerbisſimâ morte redimunt Indianorum viduæ juniores, ſicut Baalitæ elegantisſimos olim ſuos (nam mancos ac debiles reſpuebat Sathan) cremarunt infantes, patet ſatis. Sic varias etiam conſecrationes legere eſt aquarum apud gentiles, quarum unam modò è Domitio juvat addere Bruſonio (a) *Locus eſt in Nilo, quem phialam vocant, ubi ſingulis annis pateram argenteam aureamq; mergentes ſeptem diebus, quos natales Apis habent, neminem à crocodilis attingi dicunt, octavo die hora ſexta redire belluæ feritatem.* Neſcio hinc quam ſeu lucem ſeu laudem ferre posſit eorum, qui in diſciplina Lojolæ nomen ſuum profitentur, eruditorum narratio de Gonzalo Silveira ab Æthiopibus in amnem projecto, cui ſimilem affingunt prærogativam ſic à Godigno *in vitâ ejus* deſcriptam: *Ex quo Gonzali Silveiræ corpus in hunc amnem projectum eſt, crocodili, qui antea ſoliti erant homines incautè ad ripam accedentes devorare, nemini poſtea nocuére, cum id facere non difficile poſſent.* Sed ſi vel obtineret iſthæc fabula, nulli

(a) lib. 4. c. 9. Deſcripſit autem è Plinii haut citati lib. 8. c. 46.

nulli cederet honori memoratis Ignatianis, ſeu Lojolæ ſectatoribus, cum in gratiam Diaboli multum hîc & alibi deſcribantur feciſſe crocodili dementandis ſuperſtitioſis. Illud forſan melius eſt attendendum, Baalitas eorumve magiſtros infernales in maximum ſtuporem dediſſe quod hoc elementum tam carè ab ipſis habitum effluxiſſet & fontem adeò integrum feciſſet è putri mandibula aſini, ſicut antea magis animos eorundem idololatrarum, quam agros uſſerat contumelioſa ac noxia tragœdia vulpium ſordidarum ignem ingerentium ſuis ſegetibus ac vinetis. Et ne totam narrationem hanc explodant athei, notabiliter addit Scriptor ſacer: *Idcircò appellatum eſt nomen loci illius* fons invocantis de maxilla *usque in præſentem diem.* Quæ ſanè criteria in ſeram poſteritatem transmiſſa veritatem eò certius firmant.

An verò adhuc extet ille fons ut inquiram non eſt opus, & abhorret à ſcopo meo, ſicut enim cum aliis habet ejusmodi monumentis, veluti ſunt *arca Noha, ſtatua ſalis* &c. ad quæ aditus eſt poſt unum atque alterum ſeculum incolis æque ac advenis præcluſus, ita perinde fuerit ſtatuere de fonte iſto. Quæſo enim, niſi conſultò DEUS huic malo (quod athei forſan ac Dæmones optant) proſpexiſſet, impediendo ne quispiam eò emergat, ubi iſthæc ſunt divini judicii ſacraria, quæſo quantis bellis ſeſe invicem de parte nanciſcen-

ſcenda regionum iſtarum, quantis tumultibus ac rapinis lacerarent atque devaſtarent homines, dum ad recuperandum Domini ſepulchrum, cujus vera effigies nunquam eſt depicta aut efformata, totiesque poſtea cum loco atque universâ urbe ubi ſteterat (reclamante nequicquam *Baronio*) funditus everſa, tantis tamen totius ferè eſt orbis expeditionibus petitum, totque myriadas Europæorum emiſerunt Itali Gallorum potiſſimè ac Germanorum, quibus per quinque integra Secula Palæſtinamque atque Græciam exhauſerunt, ſuam ut interea in ruinis illis gentium Chriſtianarum ſtabilirent monarchiam papalem, quid ulterius, ſi veriora ejusmodi extarent loca, quid non moliretur Satanas, quibusve reliquiis, fraudibus, mendaciis fucum faceret eccleſiæ, cum fictis tantum audeat atque valeat per emiſſarios ſuos? Salva igitur & ſancta hîc eſt DEI providentia, ſalva atque ſatis teſtata hiſtoriæ noſtræ memoria per longũ adeo tempus & ſcriptis & ſtatutis in conſpectu populoſisſimarum nationum fonti huic ſingularibusque inditis vocabulis, quæ ſoli tunc debebat regio iſthæc aſini mandibulæ.

Huic autem oſtento præmiſit Dominus cladem mille Philiſtæorum eâdem illâ mandibulâ cæſorum, quod ſanè opus nullus Simſoni adſcripſerit ſano judicio, cum ſolius ſi effectum Omnipotentis. Neque enim ma

xilla vel maxima, niſi iteratis ictibus capiti infligatur, ullum facilè poſternere robuſtum virum poteſt, qua tamen velut fulmine tacti diriguerunt mille. Ne igitur & iſtud vile inſtrumentum aquam poſtea vehens in DEI ludibrium adorandum proponeret, quod cum muſcis, cum ranis, cum dente cercopitheci inter gentiles molitus eſt dæmon, teſtantibus hiſtoricis, inſtar clavæ mortiferæ nocentiores Philiſtæorum, mille nimirum ſummam, confici oportuit prius ac proſterni hac mandibulâ. *Ita DEUS dæmones confundit re omnium viliſſima, ut inde palam fiat hominibus, Dæmones ne minutula quidem poſſe, niſi DEI permiſſione facere*; (a) Obwohl auch der Teuffel und die guten Engel Wetter machen können/ ſo regiret doch GOtt darinn/ zeucht ſie ein/ und geſtattet ihnen/ ſo viel er wil. (b) Iſtud cæde repentina mille Palæſtinorum manere voluit DEUS, haut Simſonem ſed ſeipſum trucidaſſe illos, nam uti in poteſtate nec ipſorum malorum geniorum erat, guttam aquæ elicere ex arida maxillâ, ſic par minimè fuiſſet Simſon, eâdem illâ maxilla tot robuſtos è vita exturbare Philiſtæos, niſi violentior ac divinior deſuper acceſſiſſet manus. Hac intentione percuſſit DEUS Philiſtæos viliſſima clava aſini, de cujus contemptu, cur & à ſacrificiis ejus partum ſive pullum DEUS ar-

(a) Middendorpius *Academiarum* lib. 3.
(b) Luth. *Tom.* 2. *Isleb.* fol. 67. a.

arcuerit, Exodi 13. v. 13. declarante Georgio Schedio (a) & quæ huc quadrarent universa alia, non attingo, ne materia in majorem excreſcat molem, vix paucis paginis, quod ad myſteria ipſa textus attinet, accuratius exhaurienda.

Nec eſt, ut vicisſim ſuam opponant hîc dæmones dæmoniacive ſatellites malitiam, ſe, ſi permiſerit DEUS, multo plures ac Simſon enecavit, poſſe in momento extingvere homines, quam ergo laudem hic reportat demum Simſon? Reſpondeo, ex ipſa mandibulâ aſini, quæ cauſa atque inſtrumentum necis deputabatur à Philiſtæis, vitam ſimiliter proveniſſe (dum pluribus poſtea emanante torrente extitit ſaluti) quam fuerat ante mille viris exitio, contra conſvetudinem Diaboli, qui occidere quidem poteſt ſed in vitam revocare neminem poteſt, nec vellet etiamſi poſſet. Der Teuffel kan nicht Todten lebendig machen / wie Chriſtus den Lazarum von Todten erwecket / auch kan er alte verlebte unfruchtbare Weiber nicht fruchtbar machen / (b) Benè itaque agere, & quod ad ſalutem faciat hominibus procurare, tam alienum eſt eſt à voluntate atque ſtudio diaboli, quam abſurdum videbatur tunc Philiſtæis, ex aridâ mandibula fontes limpidos excitare recreandæ univerſæ regioni.

(a) *Viridarii Philolog.* Cent. 1. tit. 62.
(b) Luth. *Tom.* 1. *Isleb.* fol. 324 r°.

ni. Poſſent quidem quod ad vires attinet, multa in uſum præſtare mortalium bona, niſi repugnaret illorum perditisſima invidia. Ein ieglicher Teuffel iſt mächtiger und ſtärcker/ denn alle Käyſer und Könige auf Erden. (a) Verum dum omnis illa machinatio in malum cedit, adeoque peccata peccatis ſemper cumulat, næ exhorreſcenda potius quam laudanda eſt dæmonum illæc potentia! Et quas non impenſas, quos non ſumptus profuderunt proceres Orientis, non dico fodiendis, ſed conſervandis puteis ac fontibus, cum quibus exſiccatis ipſæ expirant urbes, quarum Amaſis tempore fuiſſe in ſola Ægypto viginti mille auctor eſt lib. 2. *Herodotus*, cumque ad pauciores multò numerus recidiſſet, Auguſtus, *Svetonio* memorante in cap. 18. *Ægyptum in provinciæ formam redactam, ut feraciorem habilioremq; annonæ urbicæ redderet, foſſas omnes, in quas Nilus exæſtuat, oblimatas longa vetuſtate, militari operâ deterſit.* Atqui hîc absque omni opera hominum imò contra omnium fidem ac opinionem, emanat fons integer è mandibula aſini, qua confecti erant mille Philiſtæi.

Neque non meritò ſubjecti ſunt mirabili iſti ſupplicio, mandibula dum proſternuntur, armatura ſanè vili, quia ipſi Iſraëlitas antea exarmaverant univerſos tanta pertinacia, ut ne relinquerent ullum qui arma expoliret illis artificem, quod è Samuelis l. 1.

(a) *Tom.* 5. fol. 539. a.

c. 13. v. 19. 20. 21. 22. niſi diſceremus, nemo fermè crederet. *Faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Iſraël: caverant enim Philiſtæi, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam. Deſcendebat ergo omnis Iſraël ad Philiſtæos, ut exacueret unusquisq; vomerem ſuum & ligonem & ſecurim & tridentem & ſarculum. Retuſæ itaque erant acies vomerum & ligonum & tridentium & ſecurium usq; ad ſtimulum corrigendum. Cumq; veniſſet dies prælii, non eſt inventus enſis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Jonathâ, exceptoSaul & Jonatha filio ejus.* Oſtendit igitur illis Dominus, dum maxillâ Simſon mille percuſſit, absque omni armorum apparatu ſeſe phalangas fortiſſimarum gentium proſternere poſſe, ſuamque plebem liberaliter aſſerere. Et verò divina providentia tum maximè eluxit in politia Judaicâ conſervanda, cum maximè gens illa ab hoſtibus afflicta eſt, quis enim non ſibi adjacentem populum ad tantas anguſtias redactum, ut toto exercitu ne unus quidem atque alter gladium gerat, omnibus aliis telis atque haſtis ademptis, funditus extirparet, ut Romani ſceleſtiſſimè everterunt Carthaginenſes? Verum ante natum Meſſiam Judaicus populus in maximis deſperatiſſimisque bellis, translocationibus, ac preſſuris, ſemper perſtitit ſalvus, recollectus, preſſusve magis quam oppreſſus ac deletus, imò planè divino auxilio, cum deeſſent omnia humana adminicula, mirificè vicisſim refectus, uti

hiſto-

hiſtoria Regum atque hæc noſtra mandibulæ mentio abundè docet, quæ armatis ab inermi acerbior omni fuit gladio Philiſtæis.

Hoc ut vel ſuo cum malo addiſcerent Philiſtæi, egit in illo caſu divina providentia rectè mortem quaſi copulans cum vita, ut diabolum velut mortis auctorem horrerent & ad vitæ reparatorem DEUM vicisſim aſpirarent. Quî dulcius invitare potuiſſet quam tam limpido tamque mirabiliter exſiliente, ex oſſibus aridis fonte? Quam carè enim illic vendatur aqua Joh. Baptiſta Tavernierius, quantove in agros ſtudio è maximis fluviis derivetur, ita ut illi pene decreſcant, pluribus oſtendit **Perſianiſche Reiſe** 2. Buch am 2. Cap. p. 28. col. 2. Was den Euphrat betrifft / ſo iſts gewiß / das die groſſe Menge der Mühlen/welche man dahin gebauet/ umb damit das Waſſer zur Wäſſerung des Landes heraus zu ziehen / die Schiffart verhindern / und ſehr gefährlich machen. Im 7. Cap. daſelbſt beſchreibt er die von Palm-Zweigen gemachte Hütten der armen Leute / welche die Räder umtreiben / das Waſſer aus dem Fluß aufs Land über die Aecker zu leiten. Und im 18. Cap. thut er hinzu vom Tyger-Fluß: weil man zu Fortziehung der Schiffe nichts als Menſchen hat / und ſelbige des Tages nicht mehr zum höchſten / als drittehalb Meilen machen können / auch bey widrigem Winde gar müſſen ſtille liegen / mag man zur Genüge daraus den groſſen Waſſer-Mangel abnehmen. Daher auch Jac. Spoon

Reiſe-Beſchreibung durch Morgen-Land im 3. Buch am 63. Blat / wann er vieler ausgetruckneter Brunnen gedencket/ gar mercklich hinzu thut: **Hierüber muß man ſich nicht verwundern / dieweil faſt alle Flüſſe in Perſien** / (alſo auch im gelobten Lande / als es noch blühete/) **ſo gegen Mittag lauffen/abgegraben / und durch viele Waſſer-Röhren das Land zu wäſſern / geleitet ſind / daß ſie endlichen gar verſincken / und nicht bis in den** Oceanum **flieſſen.** Eben daſelbſt in Beſchreibung der Stadt Epheſo am 67. Bl. col. 1. weñ man zur lincken Hand der Heer-Straſſe gehet/ſiehet man Waſſergänge/ die vor dem Waſſer in die Stadt führten. Es ſind davon noch viele Schwiebögen aufgerichtet verhanden/und zwar ſehr weit geführet. Fünf oder 6. Meilen von Epheſo ſtehet noch eine Reihe von dieſen Schwiebögen / und lieſet man daſelbſt eine alte Schrifft zu Ehren der Dianæ von Epheſo und deren Kaiſer/ Auguſti nemblich und Tiberii. Plura talia exempla videat lector in libro, cui titulus: *Artificia hominum miranda & naturæ in Sina & Europa.* 1656. Francofurti cap. 23. toto *de Canalibus* pag. 552. ſeqq. p. 559. ubi & de aquæ ductibus Roman. & ſeqq. Lipſ. *de magnitudine Rom.* l. 3. Cap. XI. toto. Martianus l. 4. c. 21. 22. Joh. Leo *deſcriptionis Africæ* l. 3. p. 244. l. 8. c. 1. p. 446. ſeqq. atque alii. Quo pretioſior igitur eſt aquarum iſtis in oris caritas, eo nobilor fit mandibula noſtra, ſi vel & plures illâ trucidaſſet ante Philiſtæos Simſon.

CAP.

CAP. III.

Omnes aquæ ductus ad hoc miraculum nihil esse.

QUicquid ergò unquam hujus machinata est humana potentia, decidit planè ad maxillam Samsonis, præ cujus magnificentia nec ipsa se jactare aut elevare valet Diabolorum omnium sapientia. Primo enim jacebat in calidisimo ac siccisimo solo ipsâ exsiccata à fervore solis, & ab undis nubium planè remota, cui tamen venas indere fisiles voluit DEUS, dulcisimam aquam trahentes, tanta ubertate ut stillicidia coaluerint in fontem, haut citò vicisim exarescentem, ut ibi locorum fieri solet, sed in annos ac secula duraturum sub urente potiq quam humectante climate cœli, cum longe secus habeat de fontibus Palæstinæ, atque adjacentis Persiæ. Persien konte sich vor diesem/ sagt Tavernier / eines der fruchtbaresten Länder in gantz Morgen-Lande rühmen/ von wegen der überausgrossen Menge der Canäle / durch welche es ist benetzet worden. Allein die Anzahl derselben hat heutiges Tages sehr abgenommen/ und findet man seit den Kriegen / so von Zeiten zu Zeiten dieses Königreich verwüstet haben/ auf den Reisen einen Hauffen solcher Wasser-Leitungen verstopffet / oder auch sonsten verdorben. Als ich einsten mit Mirsa Abrahim dem Verwalter der Provintz Etzerbegen / der seinen Sitz

zu Tauris hat / hierüber mich beſprach / ſagte er mir / daß Perſien an ſeiner Fruchtbarkeit mercklich verringert ſey / ja daß man in dem Landſtrich Tauris von 80. Jahren her beobachtet / daß entweder aus einigem Zuſtoß / oder wegen Nachläßigkeit derjenigen / ſo darüber beſtellet / ſich 400. Qvellen verlohren. Er erzehlte mir ſolches / als eine dem Perſiſchen Lande ſonderlich ſchädliche Sache / deſſen Erdreich faſt nichts trägt / es werde denn durch die von den Qvellen lauffende Canäle gewäſſert. Was die Gärten anlangt / ſo befeuchtet man ſie vermittelſt der Ziehbrunnen / und ein durch Ochſen umgedrehtes Rad. Durch dieſes Kunſtſtücke kan man das Waſſer häuffig rinnen laſſen. Das flieſſende Waſſer aber übertrifft jenes weit / indem es nicht ſo kalt / und die Erde mehr düngt. Um dieſer Urſachen wegen haben die auf öden Bergen wachſende Früchte / (geſtalt ſie nur durch Regen und Thau befeuchtet werden /) einen beſſern Geſchmack / und halten ſich weit länger als die ſo auf Erden ſtehen. Quanto magis prædicandus eſt fons noſter, quem ad ſua usque tempora perduraſſe, memorat Hieronymus. (a)

Deinde ipſe canalis multò eſt adhuc mirabilior, è quo profluxit ille fons: tunde enim dentem molarem aſini, franges, & comminues, nõ diſcindes neq; divides, veluti hîc fiſſura profluente ſcatutigine ebullivit circumjacentem rigans atq; ditans terram: cu nul-

(a) *in epitaphiò Paulæ.*

nullos alios æquiparaveris aquæ ductus, uti iterum Joh. Baptiſta Tavernierius Gallus aliquot deſcribit, quibus noſtram diſſertationem jam finimus. Pagina enim 4. *itineris Perſici* l. 1. c. 2. edit. Germanicæ, memorat, per canalem è petra durisſimâ ad milliare totum usque labore incredibili excavatum aquas fuiſſe in urbem Amaſiam diductas. Amaſia iſt eine groſſe Stadt unten an einem Berge erbauet auf einem Hügel. Sie hat kein Ausſehen als gegen Mittag auf eine ſchöne Felderey. Das Waſſer ſo allda flieſſet/ kommt von Toſat und laufft vier Tage-Reiſen von Amaſia ins ſchwartze Meer. Es gehet eine höltzerne Brücke darüber/ welche ſo ſchmal/ daß nicht mehr als drey Perſonen neben einander paßiren können. Damit man nun das friſche Brunnen-Waſſer könte in die Stadt leiten / hat man vorzeiten einen Felſen/ welcher ſo hart als ein Marmelſtein/ ein Meilweges lang durchgraben müſſen/ das eine faſt unglaubliche Arbeit iſt / man ſiehet an der Seiten gegen Morgen auf einem hohen Berge eine Feſtung/ wo man kein ander Waſſer haben kan/ als welches man vom Regen in einer Ciſtern aufbehält. Ibidem c. 4. p. 2. col. 1. refert, quomodo canales aquarum, quibus universa Perſia humectatur, violenter diſturbando Rex Sephi, copias Turcarum urbem Tauris obſidentes ſeu necârit ſeu fugârit. Auf der Helffte des Weges von Sophiana gen Tauris iſt ein Hügel/ von welchem man dieſe gantze ſchöne Gegend überſehen kan / und allhie hatte des

Sul-

Sultans Amuraths Heer ſein Lager aufgeſchla-
gen / wie er Tauris belägerte. Als dem Könige
Schech Sephi Zeitung gebracht wurde / daß er
ſolches Lager angezündet / und weiter ins Land
hinein mit ſeiner Armee von hundert tauſend
Köpffen rückte / ſagte er ohne einigem Zeichen der
Beſtürtzung / er müſte ihn noch weiter heran na-
hen laſſen / und wiſſe ſchon ein Mittel ſich dieſes
Einfalls des Türcken ohne ſonderbarer Mühe zu
entſchütte. Sie waren nicht weiter als nur 15. Ta-
ge-Reiſen von Iſpahon / da Schech Sephi alſo-
bald vor und hinter ihm alle Waſſer abgraben
ließ / als welche alle aus Qvellen entſprungen /
und durch Röhren in das innerſte Perſien geleitet
werden / weilen es ſonſten keine Flüſſe da hat /
muſte alſo die Türckiſche Armee in weniger Zeit
auf dieſer wüſten Gegend Durſts verſchmach-
ten / worein ſie ſich aus Unvorſichtigkeit gezogen
hatte. Idem miſerabilis exitus confeciſſet fer-
mè Samſonem orantem ac querentem: *En ſi-
morior! Aperuit itaq; Dominus molarem dentem
in maxillâ aſini, & egreſſæ ſunt ex eo aquæ; Qui-
bus hauſtis refocillavit ſpiritum & vires recepit.*

Tertiò elucet ex hoc coram atheis vili miraculo vivi-
ficans potentia Salvatoris, uti eò alludit in cap. Joh. 4
v. 10. Dominus mentionem faciens aquæ vivæ & v. 13
*Qui bibit ex aqua, quam ego dabo [illegible] non ſitiet in æter-
num, ſed aqua, quam ego dabo ei, [illegible] in eo fons aquæ ſa-
lientis in vitam æternam.* Verunt: men hæc, & alia de
certitudine reſurrecturæ carnis myſteria, quia non tam
ad expoſitionem noſtri textus, quam ad praxin perti-
nent moralem, eſto hic ſcriptionis

FINIS.

ans Amuraths Heer sein Lager aufgeschl
vie er Tauris belägerte. Als dem Köni
h Sephi Zeitung gebracht wurde / daß
Lager angezündet / und weiter ins Lan
mit seiner Armee von hundert tausen
en rückte / sagte er ohne einigem Zeichen d
rtzung / er müste ihn noch weiter heran n
ssen / und wisse schon ein Mittel sich dies
ls des Türcken ohne sonderbarer Mühe
ttē. Sie waren nicht weiter als nur 15. T
ssen von Jspahon / da Schech Sephi alle
r und hinter ihm alle Wasser abgrabe
ls welche alle aus Qvellen entsprungen
ech Rören in das innerste Persien geleite
/ weilen es sonsten keine Flüsse da hat
lso die Türckische Armee in weniger Z
er wüsten Gegend Durſts verschmach
ein sie sich aus Unvorsichtigkeit gezoge
lem miserabilis exitus confeciſſet fer
sonem orantem ac querentem: *Eni*

Aperuit itaq; Dominus molarem dent
á asini, & egreſſæ ſunt ex eo aquæ; Q
is refocillavit ſpiritum & vires recepit.

lucet ex hoc coram atheis vili miraculo vir
entia Salvatoris, uti eò alludit in cap. Joh.
minus mentionem facie[illegible] quæ vivæ & v
ex aqua, quam ego dabo [illegible] non ſitiet in æ
aqua, quam ego dabo ei, [illegible] in eo fons aquæ ſ
itam æternam. Verunt[illegible]men hæc, & alia
e reſurrecturæ carnis myſ[illegible]eria, quia non ta
tionem noſtri textus, quam [illegible]d praxin pertin
ent moralem, eſto hic ſcriptionis

FINIS.